Αἶνος. Μαρώνεια. Θυνάτοι. 200 π.Χ.
Κύζικος. Δορίσκος. Σίφριον. Χερρόνησος
Γανυμήδης Ἀγωνιόνησος. Κεφαλίωνες.
Μάδυτος. Ἡράκλεια Μακεδονίας

Philippus magis regio animo estusus: qui quum Attalum Rhodios que hostes non sustinuisset, ne Romano quidem, quod imminebat, bello territus, Philocle quodam ex praefectis suis cum duobus millibus peditum, equitibus ducentis ad propinquandas Atheniensium agros misit, classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret, ipse terra eodem cum expeditis duobus millibus peditum, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam quidem primo impetu expugnavit: Aenum inde cum magno labore, postremo proditione Ganymedes praefecti Ptolemaei, cepit. Deinceps alia castella, Cypsela, et Doriscum et Serrheum occupat. Inde progressus ad Chersonesum Elaeunta et Alopeconnesum tradentibus ipsis recepit. Callipolis que que et Madytos dedita, et castella quaedam ignobilia.

T. Livius Bib. XXXI Kep. 16.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

215γ

Ἄτρος. Μαρώνεια 200 π.Χ.

Λόγος 18
Κατὰ Φιλίππου
ἐπιτροπείας
ἐν τῷ Ἀθῆν.
χωρὶς συνεφίσ.

Totam orationis meae formam Macedones primum deinde Athenienses mutarunt. Nam et Macedones primum, ~~deinde~~ quum ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem, ultro accusando Romanos, defensionem et accusatione potiorem haberem effecerunt . . . . . .

Eadem Cianos Abydenos, Aeneos, Maronitas, Thasios . . . . . Messenios hinc ex Achaia existimati queri.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

2155

Λίβας. Μαρμάρα. Χρονόνησος. 190 π.Χ
Εξηκοντάετας. Λυσιμάχεια. Εμπόριον. Θυρεία

Per idem fere tempus consuli, transgresso Aeniorum Maronitarumque fines, nuntiatur, victam regiam classem ad Myonnesum, relictamque a praesidio Lysimachiam esse. Ad multo, quam de navali victoria, laetius fuit: utique postquam eo venerunt, referta que urbs omnium rerum commeatibus, velut in adventum exercitus praeparatis, eos excepit, ubi inopiam ultimam laboremque in obsidenda urbe sibi proposuerant. Ibi paucos dies stativa habuere, ut impedimenta aegrique consequerentur, qui passim per omnia Thraciae castella, fessi morbis ac longitudine viae relicti erant. Receptis omnibus, ingressi rursus iter per Chersonesum, Hellespontum pervenium: ubi, omnibus cura regis Eumenis ad trajicendum praeparatis, velut in parata litora, nullo prohibente, a his actio delatis navibus sine tumult trajecere.

T. Livius
Bib. XXXVII
Kep. 33.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

2152

Δίνος. Μακίνγα - Ρωμαῖοι. 189 π.Χ

Ἀντίοχος. (ἐπανόρθωσις Δίνος, Μακ. κτλ. ἐκ τοῦ Ἀντίοχος τοῦ Βασίλ. Σύριον καὶ Μακεδονίαν κτλ.)

Βιβ. XXXVII Κεφ. 60 A Creta Ephesum Fabius rediit: inde tribus navibus in Thraciae oram missis, ab Aeno et Maronea praesidia Antiochi deducti jussit, ut in libertate eae civitates essent

Βιβ. XXXIX Κεφ. 24. 185 π.Χ Ut vero antiquam multitudinem hominum, quae belli cladibus amissa erat, restitueret, non sobolem tantum stirpis parabat, legendis omnibus procreare atque educare liberos, sed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam traduxerat, quietusque adiquandiu a bellis, omni cura in augenda regni opes intentus fuerat. Rediere deinde causae, quae de integro iram moverent in Romanos. Thessalorum et Perrhaeborum querelae de urbibus suis ab eo possessis, et legatorum Eumenis regis de Thraciis oppidis per vim occupatis, traductaque in Macedoniam multitudine, ita auditae erant, ut eas non negligi satis appareret. Maxime moverat senatum, quod jam Aeni et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

2158

Αἶνος. Μαρώνεια. 185 ε.Χ
Βιβλίον.

Maroneae affectari possessionem audierant; minus Thessalos curabant. Athamanes quoque venerunt legati, non partis amissae non finiam jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse. Et Maronitarum exsules; (erant enim, quia libertatis causam defendissent ab regio praesidio) ii non Maroneam modo, sed etiam Aenum in potestate Philippi esse.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Inde graviter offense rege, Thessalonicen ad congrescendum de Thraciae urbibus proficiuntur. Ibi legati Eumenis u Si liberas esse Aenum et Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneant, re, non verbo, eos liberas relinquant, nec suum munus intercipi ab alio patiantur. Sin autem minor cura sit civitatium in Thracia positarum, multo verius esse, quae sub Antiocho fuerint, praemia belli Eumenem

Rep. 271

215h

Αἶνος. Μαρώνεια. 185 π.Χ.
Ἀγροάνης. Λυσιμάχεια

quam Philippum, habere; vel pro patris Attali meritis bello, quod adversus Philippum ipsum gesserit populus Romanus: vel suis quod Antiochi bello terra marique laboribus periculisque omnibus interfuerit. Habere eum praeterea decem legatorum in eam rem praejudicium; qui quum Chersonesum Lysimachiamque dederint Maroneam quoque atque Aenum profecto dediste, quae ipsa propinquitate regionis velut appendices majoris muneris essent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum aut jure imperii, quum tam procul a finibus Macedoniae absint, civitatibus his praesidia imposuisse? Vocari Maronitas juberent; ab iis certiora omnia de statu civitatium earum scituros. Legati Maronitarum vocati. Non uno loco tantum urbis praesidium regium esse sicut in aliis civitatibus, dixerant; sed pluribus simul, et plenam Macedonum Maroneam esse. Stagne dominari assentatores regios: his solis loqui et in senatu et in concionibus licere: eos omnes honores et capere ipsos, et dare aliis. Optimum

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Αἶνος. Μαρώνεια. 185 π. Χ. Ῥωμαῖοι
Θαρώρια. Φίλιππος

quemque, quibus libertatis, quibus legum cura sit, aut exsulare pulsos patria, aut inhonoratos et deterioribus obnoxios silere. De jure etiam finium pauca adjecerunt: "Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quae ad Thraciae Paroreiam tendeat, usquam ad mare declinantem. Philippum novam postea deflexisse viam, qua Maronitarum urbes agrosque amplectatur." Ad ea Philippus longe aliam, quam adversus Thessalos Perrhaebosque nuper ingressus disserendi viam, "Non cum Maronitis, inquit" mihi aut cum Eumene disceptatio est, sed jam vobiscum, Romani. . . . . et insequenti consuli L. Scipioni, quum terra statuisset ducere exercitum ad Hellespontum, non iter tantum per regnum nostrum dedi, sed vias etiam munivi pontes feci, commeatus praebui: nec per Macedoniam tantum sed per Thraciam, ubi inter cetera pax quoque praestanda a barbaris erat. . .

Frg. 28

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

215c

Αἶνος. Μαρώνεια. 185 π. Χ. Ῥωμαῖοι.
Χερρόνησος. Λυσιμάχεια. Βιθυνία. Εὐμένης
Ἀττάλου.

Dissertissime enim planissimeque in eo scriptum est, Chersonesum et Lysimachiam Eumeni dari. Ubi tandem Aenus, et Maronea, et Thraciae civitates ascriptae sunt? quod ab illis ne postulare quidem est ausus, id apud vos tanquam ab illis impetraverit obtinebit?

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Βιβλ. XLV 167 π. Χ.

Κεφ. 20. Itaque introductus (ὁ Ἀττάλου) in senatum, gratulatus victoriam est, et sua merita eo bello fratrisque, si qua erant, et Gallorum defectionem, quae nuper ingenti motu facta erat, exposuit. Petiit ut legatos mitteret ad eos quorum auctoritate ab armis avocarentur. His pro regni utilitate editis mandatis, Aenum sibi et Maroneam petiit.

Κεφ. 27 Ad Ainiorum quoque urbem diripiendam L. Postumium misit (ὁ Ἀττάλου), quod pertinacius quam finitimae civitates, in armis fuerant.

Αἶνος. Ἀλληγορία. Ῥωμαῖοι. 184 π.Χ.
Βρέτος. Ἀνοκλῆς

215α

«Aliam deinde legationem novam Patres, cujus princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam et in Graeciam decreverunt ad visendum, redditaene civitates Thessalis et Perrhaebis essent. Iisdem mandatum ut ab Aene et Maronea praesidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciae ora a Philippo et Macedonibus liberaretur. — — — — —

— — — —

Dimissis iis legationibus, Philippus, a suis certior factus, cedendum civitatibus deducendaque praesidia esse, infensus omnibus, in Maronitas iram effundit. Onomaste qui praerat maritimae orae, mandat, ut partis adversae principes interficeret. Ille per Cassandrum quendam, unum ex regiis jam diu habitantem Maroneae, nocte Thracibus intromissis, velut in bello capta urbe, caedem fecit. Ad apud Romanos legatos querentes tam crudeliter adversus innoxios Maronitas, tam superbe adversus populum Romanum factum, ut, quibus libertatem restituendam senatus censuisset, ii pro hostibus trucidarentur, abnuebat «quicquam eorum ad se, aut quemquam suorum pertinere. Seditione inter ipsos dimicatum, quum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent. Ad facile scituros esse percunctarentur ipsos

T. Livius
Lib. XXXIX
Cap. 33.4.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

2157

Αἶνος Μαρώνεια. Ῥωμαῖοι 184 π.Χ.

Ὀνομαστός

Maronitas: haud dubius, perculsis omnibus terrore tam recentis caedis, neminem adversus se ausurum. Negare Appius "Rem evidentem pro dubia quarendam. Si ab se culpam removere vellet, Onomastum et Cassandrum, per quos acta res diceretur, mitteret Romam, ut eos senatus percunctari posset." Primo adeo perturbavit ea vox regem, ut non color, non vultus ei constaret: deinde, collecto tandem animo, "Cassandrum, qui Maroneae fuisset, si utique vellent, se missurum" dixit. "Ad Onomastum quidem quid eam rem pertinere, qui non modo Maroneae ad ne in regione quidem propinqua fuisset?" Timebat magis Onomasto, honoratiori amice, et eundem iudicem haud paullo plus timebat. . . .

170 π.Χ.

Βιβ. XLIII Κεφ. 7. Querellae de Magistr. Rom

. . . . tum quae primo C. Lucretius in populares suos praetor Romanus superbe, avare, crudeliter fecisset: deinde quae tum quum maxime L. Hortensius faceret a Quemadmodum omnia sibi, etiam iis, quae patianter, tristiora patienda esse dicerent potius. . . . Qui excluissent ex, Emathiam, Amphipolim, Maroneam Aenum, incolumes esse.

Βιβ. XXVII. Κεφ. 1. Maronea urbs in Samnio.